

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARI
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

70.
84

ΕΥΚΤΙΚΑ' ΕΠΥΛΛΙΑ.
FESTIVITATI NUPTIALI
SACRA

Quam vir clariss. Dn.

JOH. GASPAR
GRYNÆUS:

ELECTORALIS PALAT.
AMBERG. SECRETAR.

Cum virgine lectissima

MARGARETHA,
VIRI SPECTATÆ FIDEI
DN. JOHANNIS KREUSNERI
CIVIS AMBERGENSIS
filia dilectissima.

Ambergæ D. VIII. Octobris.

OVANS DIVINO APPLAU-
SU CELEBRAT.



AMBERGÆ

Typis Schönfeldianis. clō. Is. CIV.

THEATRUM
FESTIVUM

Quam vir claus. Du.

JOH. CASPAR

GRYNOR

ELECTORALIS PALAT.

MARGARETHA

VIRI EPISCOPALIS

IN THEATRUM

GRYNOR

ANNO

1704





CASPARO GRYNÆO
Secretario Electoralis Palatinatus Ambergæ
ET SPONSO:

AFFINI CHARISSIMO GRATU
LANS BENE PRECOR

Amandus Polanus à Polansdorff.



Hoc CASPARE, tibi duo quum divi-
nitus anno

Contigerint, magni quæ facien-
da tibi;

Nempe Ambergensis quòd Secreta-
rius Aulae

Factus es: & sponfam junxit honestus Hymen:
Gratulor ipse tibi, Numénque in vota vocando

Comprecor ut faustè cedat utrúmque tibi,

Utquæ Ambergensis sis Secretarius Aulae

Cum laude, officium rectè obeundo tuum;

Utquæ pater fias bene natâ prole beatus,

GRYNÆUM augmentans còdecoránsq; genus.

A L I U D.

Quæ GRYNÆE tuis vis adprecor omnia rædis?
Omina pauca precor, pondere multa precor.

A 2

Quem

Quem plantas, zygia benè fœtus frondeat hortus:
Cultorisq; manus divite messe bect.
Utq; bect, Jova aurato tibi depluat imbre.
Sinon Jova pluit, spem sine falee metis.

CASPAR DORNAVIUS MED. D.

GRYNÆUM sibi gentilem Grynæus Apollo
Quo posset dubitans condecorare modo:
Primus amor Phœbi Daphne; Daphneia, dixit,
Laurus & hinc nostras cingit odora comas.

GRYNÆUM hac donem. Ceu semper vivida Laurus,
Ejus ita aternùm floreat ingenium.

Risit blanda Venus: donumq; optatius, inquit,
Ipsa dabo, è Conchâ quæ maris orta feror.

Est quanto in precio Perlarum Conchula mater?
Conchula delitias inter habenda mihi.

GRYNÆUM hac donem. Sit semper vivida Laurus:
MARGARITÆS vivas Conchula & ista dabit.

Jam, **G**RYNÆE, tuum fuerit decernere, cujus
Exsuperata putes munera muneribus.


Magnum equidem decus, ingenio pollere! sed illud
Auxerit & minuet **M**ARGARITÆS una tibi.

HENRICUS SALMUTH

Reip. Amberg. Syndicus.

GRATU.





A L I U D.

Quando tuam frontem, frons laurea cingeret olim,
Et, Grynæ, tibi præmia Musæ daret:
Tunc tibi gratabar, tunc carmina grata canebar,
Et simul à superis fausta precabar ovans.
At nunc quando tibi longè majora parentur
Gaudia, gratari me decet inde magis.
Tandem solus honos, sed nunc tibi honesta datur res,
Quando diu optata hæc Margara virgo datur.
Hæc pia fata tibi præbent hominesq; Deusq;
Ecce pijs votis quàm benè fata favent.
Ecce pio juveni, & claris natalibus orto.
Quam pia virgo datur, quamq; decora datur!
His igitur meritò fidi gratantur amici,
Atq; pijs precibus cælica dona petunt.
Hisce ego conjungens ex imo pectore vota,
Talibus effatis prospera quæq; precor:
Salve sponse recens, salve castissima Sponsa!
Vivite felices tempora longa simul.
Conjugium vestrum fortunet CHRISTUS JESUS
Commoda dans vitæ, & pignora conjugij.

Amoris & observantia ergò, amico Veteri & optimo,


Altorfio Pragæ iter faciens scripsi Ambergæ,

Albertus Molnar Vngarus.

PRECATIO IUVENIS PII, QUI
HABET CUR DE DUCENDA UXO-
RE SÈRIO COGITET.

Magne Pater vitæ largitor, & auctor amoris
Legitimi, votis annue quæso meis.
Aspicias in trivio stantem & tua dona petentem,
Quæ mihi nemo hominum, te nisi dante, dabit.
Fac Pater ut iungat nostris sua vota, pudica
Virgo, quæ in thalamos ibit amata meos.
Si tua nunc ita fert sapiens & sancta voluntas,
Ut me coniugio ritè beare velis:
Quam mihi condideris vitæ fideiç; precùmq;
Consortem, ostendas: nam tua iussa sequar.
Amborum precibus Deus annue cœlitus, & da
Signa bonus, quæ sit sponsa futura mihi.
Si mihi Nepenthes dederis, pater optime, vitæ,
Per solvam grates nocte diéque pias.
Non ego formosam tantùm sine mente puellam
Quæro, nec quantas optat avarus opes:
Sed vitæ auxilium, caræ sobolísq; magistram,
Talis enim poterit nupta juvare virum.
Dulce decus læto quæ sit, tristiq; levamen,
Adjutrix operum, præsidiumq; domus.
Exigat & mecum longos feliciter annos,
Claudamúsq; simul lumina, sine bono.

F I N I S.





Nr 1996

8




nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!

28 a / 50 / 1996 /

V B 17

M

DX



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Inches

Centimetres

ENTALLIA.
I NYPTIALI
RA
clarifs. Dn.
ASPAR
Æ U S:
LIS PALAT.
ECRETAR.
e lectifsima
RETHA,
ATÆ FIDEI
KREUSNERI
ERGENSIS
tifsima.
VIII. Octobris.
NO APPLAU-
EBRAT.
R G Æ
is. clo. lo. CIV.

70.
84